Item Cicatricem vulneris in digito medio manus dextre. Item quinque vulnera lineata [illegible] in scapulis. Pro quibus in culpa [illegible] Laboriosus Petrus Lielki de Bystrowicze subditus Magnificus Anne de Stoyanicze Castellane Sandecrum

## Mandatum Sac. R.M. ex parte Laniorum Civitatis Klieparz

Ad officium et acta presentia Castrensis premisliensis personaliter venientes Cives et Lanii Civitatis Klieparz obtulerunt mandatum sacre Mtis Regie titulo et sigillo eiusdem Sac. Regie Mtis communitatis salvum [illegible] in aliquo vigiatum cuius tenor est tal.

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae etc. dominus et heres

Universis et singulis Palatinis Castellanis Capitaneis tenutariis Burgrabiis proconsulibus et consulibus Civitatum et oppidorum quorumcumque ac theloneatoribus portuumque et aggerum custodibus portalium et aggeralium exactoribus et eorum vicesgerentibus ceterisque subditis nostris in Regno nostro ubilibet constitutis sinceris nobis et fidelibus dilectis Gratiam nostram Regiam Magnificentiam Generosi nobiles famati et providi sinceri et fideles dilecti exposuerunt coram nobis Lanii Civitatis Cliepardiensis nostre quia postquam cum bobus et pecoribus quibusvis pro labore eorum proprio et per macellum ipsorum ubilibet emptis per loca teloneis vel pontalibus aliisque gabellis et pedagiis supposita vestre potestati subiecta proficiscerentur ipsos ad theloneorum et pontalium aliarumque gabellarum solutionem a bobus et pecoribus eorum predictis faciendam stringitis et cogere nitemini contra dispositionem litterarum et privilegiorum dominorum predecessorum regnorum Serenissimorum Poloniae Regum quibus a solutione theloneorum et pontalium a bobus et pecoribus pro labore et macellis eorum emptis quoquomodo debitis sunt exempti et liberati. Nos cupientes litteras et privilegia predecessorum nostrorum firma permanere ipsosque lanios in iustitia debita conservare mandamus vobis singulis et generaliter universis ut ab eisdem laniis Cliepardiensibus singulis et generaliter universis ut ab eisdem laniis Cliepardiensibus bobusque et pecoribus ipsorum per loca predicta transeuntibus theloneis et pontalia aliasque gabellas quascumque exigere presumatis nec illos ad eorum solutionem compellatis nec aliquis unum compellat ipsosque sine tenore privilegiorum et litterarum prefatarum quae coram nobis produxerunt in libertate eis concessa conservetis et ab aliis quantum in vobis est conservari fanatis et stringi non permittatis pro gratia nostra secus facere non assuri. Harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est impressum. Datum Cracoviae feria quinta post dominicam conductus pasche proxima anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio regni nostri vigesimo quarto.

Ad mandatum Regie Mtis proprium

Joannes Przerembski
R.P. vice Cancellarius

13/11. 1553



## Posita citto S.R.M. super Scepieczki

Ministerialis terrestris premisliensis providus Mathias Przilupka de Permisliia una cum nobili Paulo Goyski seu comparentibus coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue Rmae quia ex parte et admonitione Sac. Regie Mtis seu nisi gatoris causarum officii eiusdem Sac. Regie Mtis citationem litteralem Sac. Regie Mtis sub titulo et sigillo eiusdem Sac. Regie Mtis communitatis et obsignatis ordinariae sessionis turris pro capite occiso nobilis olim Kozinski alias principalis citto Sac. Regie Mtis latius in se canit et obloquitur super nobilem Malchierum Szepieczki feria tertia post festum sanctissime et individuae Trinitatis proxime preterita anno presenti in Ecclesia seu circa ecclesiam parochialem oppidi Nyzankowicze posuit et reliquit positionemque eiusdem citationis advocato et scabinis eiusdem oppidi publicavit proclamavit et in curia coram ville Drzedowicze nobili Joanni Szepieczki arrendatori eorundem bonorum pri prefati Malchieri Szepieczki ad notitiam deduxit et publicavit quae ita et non aliter fieri ipse Mialis Rmae et nobilis prefatus relationem ipsius Mialis recognitione sua personali attestatus est

## Wlnera Kopistenska con Kopistenski

Nobilis femina consors olim Jnasko Copyszkenski coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus ostendit et manifestavit ac testatus fecit vulnera sua primum vulnus lineum enorme in brachio dextro. Item aliud vulnus lineum in dorso. Quae vulnera asserebat sibi fore inflicta per nobilem Joannem Kopyszkenski filium nobilis Kosch Kopyszkenski. Quae vulnera officium vidit et suscepit

## Wlnera Baranieczki con Litwinski

Ministerialis terrestris premisliensis providus Andreas de Wykotyh coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue Rmae quia eidem ministeriali est obductum et protestatum ex parte nobilis Vasko Nyczirebeczki Baranieczki quia ipse Mialis vidit super eodem Vasko vulnus lineum in latere sinistro quod vulnus asserebat sibi fore inflictum per nobilem Jeronimum Litwinski qui propter enormitatem vulnerum ac debilitatem suam non potuit idem vulnus manifestari et publicari officio presenti Castrensi premisliensi quod ita et non aliter fieri ipse Mialis Rmae

## Thureczki wlnera contra Vnyaticzki protto

Actum in Castro premisliensi feria sexta post festum sacratissimi Corporis Christi Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto 14/11

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus nobilis Vasko Thureczki seu alias Jarowski coram officio et actis